

M  
S. 920<sup>3a</sup> 4<sup>o</sup> 2

9  
2

G. q. 106. a.

EPOS FESTIVVM,

QVO

VIRI

REVERENDISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

IOHANNIS ADAMI  
STEINMETZ,

ABBATIS BERGENSIS, NEC NON SVPER-  
INTENDENTIS DVC. MAGDEB. GENE-  
RALIS,

SOLENNEM INAVGVRATIONEM,

A

PERILLVSTRIBVS ATQVE GENEROSISSIMIS

VIRIS AC DOMINIS

S. T.

DE COCCIL,

AC S. T.

DE PLATEN,

POTENTISSIMO REGI BORVSSIAE

A SECRETIORIBVS CONSILIIS

HEROIBVS, CET. CET.

PRID. ID. DECEMBRIS MDCCXXII,

MAGNIFICE PERACTAM,

CONCELEBRAT

PAEDAGOGIVM BERGENSE.

MAGDEBVRGI,

TYPIS CHRISTIANI Geberecht FABRI, TYPOGR. PRIVIL.

AK





*En! feret Ipse aXis ConCentVM aVgVſtaqVe Dona.*

\* \* \* \* \*

**B***erga*, ſcholæ noſtræ mater iuſtiſſima, *Berga*,  
 Quæ late vario proſpectu flumina & altum  
*Parthenopes* caſtrum veneraris, *Berga*, dolores  
 Excute; ferales, quæ ſunt ad limina, taxos  
 Succide, & poſitis peplis, nunc byſſina vela  
 Indue! Nam veluti poſt cœli fulmina & ignes  
 In plauſus coiere poli, latebrisque volucres  
 Proſiliere ſuis, cantant atque aurea ad auras  
 Colla leuant: talis, poſtquam timuere timores,  
*Berga*, nouo motu templis ſuccede, nec iſtum  
 Communem tibi crede diem, quo munere diuum,  
 Cui ſociata fuit Tanti *Auguſtiſſima* REGIS  
*Dextera*, miraris, quo nuſquam dignior alter  
 Vixit, io! *ABBATEM*. Stupeo, quod gratia vultu  
 Vno omnes diuina notas (\*) depinxerit, vnde

(\*) Carolus M. Leg. Franc. Lib. V. Cap. 78. Epiſcopi, remota perſonarum acceptione & munerum, & ob *vita meritum, & ſapientia donum* eligantur: vt *exemplo & verbo* ſibi ſubiectis vſque quaſque prodeſſe poſſint.

Noueris *ABBATEM*, fufum meliore metallo.  
 Qualis purpureo qui per conuexa polorum  
 Præcedit reliquas ftellas fuperatque decore  
 Lucifer: haud alius greflu reuerendus & ore  
 Hic graditur: ftant mille chori, ftat fancta caterua  
 Efuriens, tantoque cupit de lumine lumen  
 Excipere. O! *mater*, tanto hæc tibi debita crede,  
 Crede tibi potius, quanto eft vicinior ifthæc  
 Infula, *Berga*, tibi! Faciles producit habenas;  
 Delicias domini loquitur, nec mellea fandi  
 Copia fpectatur vanis contenta figuris;  
 Sed cafta fuccincta *fide*, dat pondera rerum.  
 Hinc *Benedictus* ait, quem grato pectore *patrem*,  
*Berga*, colis, *Benedictus* ait (\*): Sic militat æther,  
 Inque tuas fortuna vices confpirat, & *Abba*  
 Rite canis, quando gemina de fronte *tiarâ*  
 Præful habet, non auro hominum, non murice tin-  
 ctam;  
 Sed circumfufam Chrifti virtute, cruore.  
 Eft hic, eft *animus magnus*, non fpretor olympi;  
 At mundi contemtor adef: *clementia* ocellos  
 Ambiit, ac *pietas* pertentat viscera, renes.  
 Nec minor eft tua lux, tellus *Madeburgica*, tellus,

(\*) B. P. *Benedict.* Reg. monach. Abbas, qui præfite dignus eft monafterio, femper  
 meminiffe debet, quod dicitur: & nomen maioris, facti implere. Chrifti  
 enim vices agere in monafterio creditur, quando ipfius vocatur prænomi-  
 ne, dicente Apoftolo: accepiftis Spiritum adoptionis filiorum, in quo cla-  
 mamus *Abba* pater.

Auguftin. Qui vobis præfite, non fe exiftimet potestate dominante, fed charita-  
 te feruiente felicit &c.

Petr. Blefenfis: In epifcopali ceruice nihil fplendidius refulget, quam humilis ani-  
 mi fubmiffio atque deiectio.

Quæ, dum *BREITHAVPTVS*, tua spes atque an-  
chora vitam

Exueret, multos voluisti corde tumultus  
Anxia; iam præcelsa *Pharos* (\*) tibi conditur. Eia,  
Surge, *patri patriæ FRIDERICO* iubila *REGI*  
Necte, neque æternos animo dimitte triumphos.


Sic, vbi, *Magne ABBAS* steriles de monte Ca-  
mcenas

In laudes facis ire *TVAS*; en! oscula sancta  
Figimus, atque Deo vittas & verba precantum  
Vltro præferimus. Salve, *Venerabile Bergæ*  
*SIDVS*: cinge caput factis sublime tiara  
Perpetua: fac nostra *domus* tot pascat *alumnos*,  
Et linguis celebres, & religione decoros, (\*\*)  
Quot veneranda domus domini petit inde *colu-  
mnas*.

(\*) Basil. M. Præsules coenobiorum Deus vult esse *Pharos*, & lucentes quosdam  
ignes in tempestuoso mari, quorum institutione ac doctrina, ceu fulgenti-  
bus gemmis, rutilaret. Supremi Numinis Ecclesia.

(\*\*) Petr. Bles. O Cistercium! quam magna domus tua, quam sæcunda in filiis, quam  
magnificata in linguis, quam gloriosa in populis & pietate!

Hieronym. Coenobitæ viuunt in coenobio, sub vnus disciplina *Patris*, confor-  
tioque multorum: vt ab illo discant *humilitatem*, ab his *patientiam*.



78 M 350

ULB Halle 3  
001 592 122



56.

Petro V





# EPOS FESTIVVM,

QVO

# VIRI

REVERENDISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI,

# NIS ADAMI

# INMETZ,

ENSIS, NEC NON SVPER-  
S DVC. MAGDEB. GENE-  
RALIS,

# INAUGVRATIONEM,

A

IBVS ATQVE GENEROSISSIMIS

IS AC DOMINIS

S. T.

# COCCEIL,

AC S. T.

# PLATEN,

MO REGI BORVSSIAE

TIORIBVS CONSILIIIS

ROIBVS, CET. CET.

DECEMBRIS MDCCXXXII.

NIFICE PERACTAM,

CONCELEBRAT

# GIVM BERGENSE.

# MAGDEBVRGI,

TYPIS CHRISTIANI Leberecht FABRI, TYPOGR. PRIVIL.

